domum lapideam et ligneam sibi regenti quocunq modo seruiant cassat mortifi-
cat et annihilat illibq omnibq et singulis iuribus Generosorum Alexandri et
Caroli Korniaktow filiorum olim Generosi Constantini Korniakt abrenunciat
[illegible] praesenti recognitione ac [illegible] mediante.

Beczkiery Katenskiemu cedit.

Comparens personaliter coram officio Actibq praesentibus Castrensibq Capitaneal
Premislien Nobilis Martinus Beczkiery sanus mente et corpore existens
a Terris et districtibq iuribq iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competen
recedens huic autem iurisdictioni Castren Premislien quoad actum praesentem
attinet se cum successoribq bonisq suis quatenus omnibq totaliter et plenarie incorporan
et subiiciens palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse de omni
et integro iure suo videlicet de inscriptione Castren Capitan Premislien sibi regenti per
Religiosum olim Lucam Popo villae Katyna super summam octuaginta floren po-
lonicam facta et recognita et in bonis suis proprijs videlicet sorte sua tota
et integra Poponatus in villa Katyna in terra praesenti Premislien sitta
nominatim medium lanei agri inter metas ab vna Nobilis Iwan Katynski
ex altera vero parte Sculteciae alias Kniastwa in latitudine et longitudinem
a granicie ad granicem cum pratis aedificijs omnibq in eius medio laneo agri
consisten item etiam cum horto vno in loco dicto na gorze in fundo villae
Katyna iacen modo obligationis coram actis praesen Castren Capitan Pre-
misliens assecurata Nec non et de intercisa certa inter eundem regentem ab vna
et praefatum olim Poponem ex altera partibus ratione certarum rerum et conditio-
num ibidem contentarum de actu et data hic Premisliae die vigesima nona
Januarij anno Domini Millesimo sexcentesimo decimo octauo confecta
subscripta et sigillata vadio Centum quinque florenorum polonicorum firmata et actis
praesentibq Castren Capitan Premislien roborata mediante qua intercisa
idem olim Lucas Popo eidem regenti summam viginti quinque floren

polonica

polonicam ad priorem summam octuagenta floren polonicorum originalem actis praesen
modo obligationis adscripsit et in summa praefata simul iuncta videlicet Centum quinq
florenorum polonicorum assecurauit) necnon et de eadem inscriptione eadem ipsa intercisa
roboratis Castren Capitan Premislien latius de praemissis eloquen[illegible] et de
summa praefata simul iuncta Centum quinque florenorum polonicorum ac bonis praefa-
tis summa eadem et inscriptione praefata obligatoria oneratis Cum omni praemissorum
iure dominio et proprietate omnibusq et singulis eamq inscriptionem obligatoriam
originalibus intercisa et inscriptionibus roboratis conditionibq punctis clausulis
articulis vadijs tuitione euictione emundatione pacificatione ligamenq
connexibus eisq inscriptionibus appositis cumq omnibus bonorum praefatorum
vtilitatibq fructibus prouentibus redditibus emolumentis attinen et per-
tinentibq quatenus vniuersis nihil ex praemissis iuris Dominij et proprietatis
aut cuiusuis competen et praerogatiuae pro se et suis successoribq aut alijs
quopiam reseruando seu excipiendo verum prout praemissa omnia ipsemet regens
solus tenuit habuit et possidebat ac ipsum concernebat eisq seruiebant
Iam ex nunc et de facto Nobili Sienko Katenski Sculteto de villa Katyna
et ipsiq successoribq (accepta ab ipso pro praemissis omnibq plenaria et sufficien
satisfactione) cum praefata eorundem bonorum intromissione per se hactenus
pacifice continuata cedit et condescendit omneq et integrum ius suum prae-
missorum omnium in eundem cessionarium suum eiusq posteros totaliter et ple-
narie transfert transfundit et incorporat praesentibus perpetuo. Etiam
ex nunc idem regens Nobilis Martinus Beczkiery eidem cessionario suo et ipsiq
posteribq coram officio praesenti in hoc idem ius cessum summam et bona summae
et inscriptionem onerata dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamq
possessionem per Ministerialem quemcunq et Nobiles duos iam ex nunc ipsi ab officio
praesenti additos die quacunq voluerint officiose acceptanda. Per ipsum cessionarium
suum et ipsius successores hoc idem ius cessum praemissorum omnium cum vniuersis vtili-

talibus et emolumentis tenendi habendi possidendi illibus pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos suorumque successorum quovis beneplacitos libere et effectualiter convertendi perpetuis et diuturnis temporibus. idque vigore praefati iuris originalis sibi ad praemissa serviendo ea omnia latius in se complectentis et praesentis inscriptionis cessionariae et condescensoriae. Debetque et tenetur memoratus regens Nobilis Martinus Beczkiery prout se ac suos successores in et super bonis suis quibuscunque omnibus et summis pecuniarum habitis et habendis eidem cessionario suo et ipsius posteris inscribit et obligat ipsum et ipsius successores in eosque iure summa et bonis ab omni et quavis impetitione iure quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus ex nunc existentium ex se persona et occasione sua suorumque successorum tantummodo et non ultra exoriunda tam in Iudicio et Officio Regni exoriunda tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere ac eliberare indemnemque cum posteris reddere. Necnon hoc ius in cessum praemissorum omnium ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus per recognoscentem in eisque bonis factis et faciendis tum etiam quibuscunque citationibus in eaque bona ex occasione suorumque successorum tantummodo importatis et importandis lucris denique ac pluribus processibus iuris in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus et in quovis Iudicio et Officio Regni super se successoribus suis tantummodo obtentis et obtinendis in eisque bonis praefatis absque ex occasione sua suorumque successorum tantummodo et non ultra perductis et perducendis tam in toto quam in parte emundare et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam intromissionem praefatam coram officio praefato admissam in fundo bonorum praefatorum modo praemisso abscessorum dum per Ministerialem et Nobiles officiose requiretur non denegare imo tenere tranquille libere et effectualiter dare et admittere datamque et admissam quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non adimere nec impedire. Ipsumque cessionarium suum et ipsius heredes in eo iure cesso summa et bonis praescriptis absque tam in

toto

toto quam in parte non iniuriari ita ut hoc ius eius cessum praemissorum omnium idem cessionarius suus cum posteris quiete et pacifice praesentis inscriptionis cessionariae vigore tenere habere et possidere queat temporibus perpetuis. Idque sub vadio centum quinque florenorum [illegible] polonicalis pecuniae regentem Nobilem Martinum Beczkiery aut eius successores praefato Nobili Stenko Ratenski et ipsius posteris ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Ceterum idem regens Nobilis Martinus Beczkiery eidem cessionario suo et ipsius posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem cessionariam ex his Actis Castren. Premisliensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi quae transportata tantum valebit ac si per ipsummet regentem transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac pro re aliqua [illegible] ex praemissis non completa complendisque praemissis citatus tandem memoratus regens Nobilis Martinus Beczkiery aut eius successores ad instantiam praefati Nobilis Stecko Ratenski aut eius posterorum ad officium praesens Castren. Capitaneale Premisliense ex tunc recessu suo praesenti quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere reddere vadium praetactum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate maiori minorennitate [illegible] legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentum ad [illegible] vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem in ultra primos et proximos terminos officii praefati Castren. Premisliensis dilationes nullas recipiendo nullasque motiones appellationes ne causa prosequatur [illegible]

omnia p[er]nitus simplicibus vel tricatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris
prescriptione Terrestri bello Conventioneque et aliis omnibus iuris remediis et defen-
sionibus non subterfugiendo Hac sua p[rese]nti inscriptione ad p[re]missa omnia mediante.

Actum in Castro Præmisliensi Feria
Quinta post Dominicam Conductus
Paschæ proxima Anno Domini Mil-
1629 lesimo sexcentesimo vigesimo Nono.

Nobilis Zenna Niehrebecka consors Vstrzycki relicta
Vstrzickim Coniugibus zenetur.

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castren[sibus] Capitan[eal]ibus Præmislien[sibus]
Nobilis Zenna Niehrebecka olim Nobilis Nicolai Vstrzycki consors relicta
Sana mente et corpore existens a Terrestribus districtibus iuribusque iurisdictionibusque suibus qui-
buscunque propriis et competentibus recedendo huic vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi iu-
risdictioni secum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus quoad actum p[rese]ntem atti-
net totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac per
expressum recognovit. Quia ipsa Nobilibus Demetrio Vstrzycki et Catherinæ Kopy-
stenska coniugibus legitimis et ipsorum successoribus summam ducentorum florenorum pe-
cuniæ polonicalis monetæ et numi in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta
ta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatæque pecuniæ te-
netur atque debet. Quam quidem summam Ducentorum florenorum pecuniæ polonicalis eadem
recognoscens Nobilis Zenna Vstrzycka se ac suos successores in et super bonis suis
quibusvis omnibus ac parte quibusvis pecuniarum habitis et habendis p[rae]fatis Nobilibus
Demetrio et Catherinæ Vstrzyckim coniugibus ac eorum posteris inscribit et obligat
presenti hinc pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Ap[osto]li proxime ventu-
ro dare solvere et coram officio actisque p[rese]ntibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus
realiter in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam nunquam ab eoque

officio

officio non officio iubere nec arrestare vel modo alio quovis impugnare. Idque sub
vadio simili summæ Ducentorum florenorum pecuniæ polonicalis per p[rae]fatam recognoscentem Nobi-
lem Zennam Vstrzycka aut eius successores prædictis Nobilibus Demetrio et Catheri-
næ Vstrzyckim coniugibus aut eorum posteris in Casu non solutionis summæ suprascriptæ
p[rae]tempore et loco suprae expressis ad solvendumque succumbendo Insuper eadem recognoscens Nobilis
Zenna Vstrzycka p[rae]notatis Nobilibus Demetrio et Catherinæ Vstrzyckim coniu-
gibus et illorum posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam po-
testatem inscriptionis p[rese]ntis debitorie ex his actis Castrensibus Præmisliensibus authentice
depromptam ad Acta Terrestria Præmisliensia quandocunque voluerint transferendi
et transportandi quæ transportata tanti valebit ac si ipsamet recognoscens
transportasset fuisset Pro quo quidem vadio modo p[re]misso ad solvendumque succumbendo ac sum-
ma ipsa principali persolvenda complendaque p[re]missis citata existens memorata recognoscens
Nobilis Zenna Vstrzycka aut eius successores Ad instantiam suprascriptorum Nobilium
Demetrii et Catherinæ Vstrzyckich coniugum aut illorum posterorum Ad offici-
um p[rese]ns Castrense Capitaneale Præmisliense exhinc recessu suprascripto quoad
rendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam perem-
ptorio stare iuri parere respondere vadium p[rae]dictum luere inscriptioni huic satisfa-
cere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad ea-
dem omnia obligat cumque terminum primum peremptum et alios omnes Con-
sequentes causæ eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate pro
maiori minori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servicio
militari ad munimenta ac Curiam rem vel aliis quibuscunque legalibus impedimentis
et dilationibus non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii p[rae]fati
Castrensis Præmisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appella-
tiones ac earum prosequutiones faciendo ac p[re]missa omnia penitus simplicibus vel tri-
plicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris prescriptione Terrestri bello Con-
ventioneque et aliis quibusvis iuris remediis et defensionibus non subterfugiendo Hac sua